
Quaestio medica.

Numéro d'inventaire : 1979.17654

Auteur(s) : Serenedus Houssin
Pierre Morel

Type de document : affiche

Éditeur : Yvon (Michel) (Caen)

Imprimeur : Yvon (Michel)

Période de création : 2e quart 17e siècle

Date de création : 1638

Description : Feuille de papier vergé. Les bords sont dégradés, renforcés au dos par du ruban adhésif. Coins déchirés. Papier froissé à l'endroit des pliures. La colle du ruban adhésif transparaît au recto. Texte imprimé dans un cadre de frises. Lettrines. Mentions manuscrites originales à l'encre au verso.

Mesures : hauteur : 535 mm ; largeur : 365 mm

Notes : Affiche annonçant une question de médecine qui doit être discutée par deux étudiants à la faculté de Caen, le 4 septembre 1638. Il s'agit d'un acte "pro laurea apollinari". La question est la suivante: faut-il saigner en cas d'hydropisie ? Les quatre premiers articles décrivent l'importance du foie dans le fonctionnement du corps, les troubles qui lui sont liés et les trois sortes d'hydropisies (en fait des affections entérologiques) qui en résultent, avec leurs symptômes et leurs pronostics. Le dernier article traite des remèdes, divisés en trois genres: diététiques, pharmaceutiques et chirurgicaux. On en conclut qu'il faut saigner en cas d'hydropisie.

Mots-clés : Affiches de thèses et d'exercices publics

Filière : Université

Niveau : Supérieur

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 1

PRO LAVREA APOLLINARI
IN CELEBERRIMA CADOMENSI ACADEMIA
CONSEQUENDA.
QVÆSTIO MEDICA.

An hydropi vena sectio?

INTER naturales hominis partes hepar primum principatus locum sibi jure vindicat: tantam enim esse illius dignitatem, & ad conseruationem vitæ necessitatem, nemo nescit, vt si præter naturam multum afficiatur, œconomia naturalis tota statim corrumpi videatur: vnde Hipp. appellatur ἀμαρτίσιος ἠπαρτερεσθῆ, ἢ ἐξέσις φλεβῶν, quibus tanquam viuis vniuersam corporis familiam irrigat & alit. Ab eo tamen multi & grauissimi oriuntur affectus, quos inter, vulgaris ille sæpiusque lethalis hydrops dicitur; cum videlicet frustrata sanguificatione, pro puro sanguine, crudam aut ferolum, & pro spiritu naturali, flatus profundit, indeque diuersi generis hydrops emanat, qui vt à variis causis exoritur, sic varias prognoses & curationes merito sortiri debet.

HIVSCE affectus (qui non abs re definitur tumor conspicuus abdominis interdum etiam totius corporis, productus ab intemperie frigida jecoris & à sanguificationis frustratione procedens) triplicem agnoscimus differentiam, pro materiæ hydropicæ & obfessæ partis varietate. In abdomine enim aqua collecta nec penitus latu destituta, Ascitem facit. In eodem pariter interclusus plurimus flatus, cum paucò humore aquoso, Tympanitem, Hipp. hydropem ficcitam. Sed si per totum corporis habitum effusus humor hydropicus, cachexiam primum, dein vniuersum corpus inæqualiter subumidam efficit, Leucophlegmatiam seu Anasarcam producit. Est etiam vbi à jecore, est & vbi à lumbis oritur. Nullus tamen illæso jecore vnquam produci potest.

MVM omnis affectus à sua causâ pendeat, hydropem ab humoris hydropici vel flatus continua collectione, vt ab immediata & continente causâ originem ducere cum Galeno statuimus, quam efficit vni ipsius facultatis sanguificæ alienatio, vel error externus, cum nimium hepar ob primæ coctionis defectum priuatur materia ad hæmatosim idonea, vel dum impeditur mesenterij vitio chyli digestio, vel vitio lienis languidi sanguinem non amplius repurgantis, vel etiam renum infirmiorum serum non attrahentium aut valorum vrinariorum, suppressa etiam solemini aliqua euacuatione: vel immodice quodam proflauio; quoties spiritus cum sanguine exhaustus, calor aut plus æquo imminuitur, aut planè extinguitur. Labefactatur vero facultas sanguifica, cum hepar à propria temperie ad frigidam intemperiem recessit, quam plerumque inducit aquæ frigidæ & vitiosæ potus immodicus, rerum cacochymatarum & fructuum æstiuorum eius intemperiosus, potissimum dum æstu vel exercitatione corpus incaluit, eisque viæ ita patent, vt vis externa penetrare possit. Maxime vero infirmis calorem & spiritum dissipari credimus ab acutis & vehementibus morbis.

IGNORVM quedam præsentem affectum demonstrant, quedam futurum morbi euentum præfigunt: tumor imprimis œdematosus præsentem affectum arguit. Non si tumeat venter cum fragore & marmore, velut fluctuantis aquæ, dum mouetur corpus, Ascites; si magis tensus reddatur vt tympanum, Tympanites; si æqualiter corpus vniuersum turgat, impressumque digiti vestigium retineat, Anasarca demonstratur. Vtrobique autem tumens pedes, corporis totius & præsertim faciei color fædus aesti, lenta febris, sitis contumax, anhælitus difficultas, tussis. Neque vero prognosis omnibus vna, nam mitior Anasarca, difficilior Tympanites, omnium Ascites periculosissima. Recens, impedita tantum hæmatosi, sanabilis; inueterata, ab alienatione facultatis sanguificæ proueniens, incurabilis potissimum vero si dejectiones albae, desperata salus denique quæ cum tussi & breui anhælitu, & quæ medicamentis concedens recurrit.

MVM morbus omnis sui amotionem indicet, quamprimum contrariis aggredienda huiusce affectus curatio, tribus instrumentis, dietetico, quod pro ratione causæ, varium esse poterit. Nam si calida, frigidis, seu potius minus calidis vtendum est, quam dum à frigidis causis est lasa sanguificatio; viuendum in aère calido, liberis cibis & potus sit parcus & euchymus; salubrior est exercitatio & vigilia longior, quiete & tonno: Omnia in hepatis corroboracionem & caloris natui exsuscitationem tendant. Pharmaceutico, quod hydragoga quæ aquas & quæ pituitam ducant, admittit. Diuretica cum diaphoreticis hypofaracæ familiaribus, quæ humorem siccent atque resoluant, non reuunt, adhibitis semper medicamentis hepar corroborantibus. Chirurgico denique, ad quod spectant cucurbitulæ, setacea, vesicatoria, nec-non & cauteria, & scarificationes crurum antiquis vitæ. Quidni & paracentesis, in Ascite? Vbi firma virtus, hydropique ab aquæ suppressione, non autem à perenni generatione, visceribus bene moratis, sine tussi & anhælitu difficili. Sed & ex præcepto Hippocratis & Galeni, venæ sectio, tanquam maxime efficax remedium hydropi hypofaracæ conceditur, à causa calida profecto, ob suppressionem recentem sanguinis, morbi initio, priusquam in cachexiam corpus abierit, viribus constantibus, modo copiosa non fiat euacuatio, ex vena quidem poplitis vel tali, in suppressione mensium vel hæmorrhoidum; vel ex communi dextri brachij cæteris in casibus.

Ergo hydropi vena sectio.

Has Theses, Deo fauente, sub præsidio M. PETRI MEVRDRAC Dكتورى Regentis ordinarij, publicè tuebuntur SERENEDVS HOVSIN Andinus, & PETRVS MORELLVS Rothomogallus, in maioribus ejusdem Academiae Scholu. Die 4. Septembris Anni 1638, ab octaua ad meridiem.

CADOMI, Ex Typographia MICHAELIS YVON.

